



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

8. Actori nullum jus habenti & accusare volenti, Advocatus patrocinari poterit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

## PROPOSITIO VII.

*Si causa ne quidem semiplene probari, incepta tamen patrocinari poterit.*

## PROPOSITIO VIII.

*Actori nullum, jus habenti & accusare volenti Advocatus Patrocinari poterit.*

19. **Q**Varum omnium fundamentum est: quod contingat causas bene fundatas male cadere, & loepe male fundatas bene succedere. Sed novæ huic adinventioni nequaquam assentiendum, potius audiendus *Doctor Angelicus*, communis hactenus ab omnibus approbatæ sententia inhaerens: dicendū inquit: ille 2. 2. q. 71. a. 3. in corp. quod illicitum est alicui cooperari ad malum factendum, sive consulendo, sive adjurando, sive qualitercumq; consentiendo, quia consilians & coadjuvans quodammodo est faciens, unde supra

Supra dictum est, quod tales omnes ad restitu-  
tionem teneantur, manifestum est autem, quod  
Advocatus & auxilium & consensum præstet  
ei, cuius causa patrocinatur. Vnde si scienter  
injustam causam defendit: absque dubio gra-  
viter peccat, & ad restitutionem tenetur ejus  
damni, quod contræ justitiam per ejus auxili-  
um pars altera incurrit. Et ibidem in solut. ad  
2. Advocatus ait si in principio credidit cau-  
sam justam esse, & postea in processu pateat  
eam injustam, non debet eam prodere, ut scili-  
cet aliam partem juvet, vel secreta sua causæ  
parti revelet, potest tamen, & debet causam de-  
serere, vel eum cuius causam agit, ad ceden-  
dum inducere, sive ad componendum sine Ad-  
versarij damno. *Quis Advocatus inquit S.*  
*Augustinus Epist. 54. aut ex Advocato vir op-*  
*timus reperitur, qui suscepit suo dicat: Recipe,*  
*quod mihi, cum tibi male adesset, dedisti, &*  
*reddere adversario tuo, quod me agente inique*  
*abstulisti? Et tamen etiam hoc facere debet, ut si*  
*ille, qui inique litigavit, non vult admonitus*  
*corrigere iniquitatem, ejus tamen iniquitatis*  
*nolit iste habere mercedem: nisi forte restitu-*  
*endum est alienum, quod perfarum clanculo*

Z 2

affer-

auffertur, & restituendum non est alienum,  
quod in ipso foro, ubi peccata puniuntur deca-  
pto Judice & circumventis legibus obtinetur?

20. Tanta certe hoc tempore est Advo-  
catorum injustitia, ut de eis merito queran-  
tur Petrus Blesensis Epist. 26. Hodie ait soli  
avaritiæ militant causarum Patroni, illudq;  
quondam venerabile nomen, & gloria profi-  
fessio Advocati, notabili vanitate vilescit, dum  
miser & perditus linguam vendit, lites emis-  
matrimonia legitima dissolvit, amicities rum-  
pit, sopitarum litium cineres resuscitat, pactio-  
nes violat, detrectat transactiones, privilegia  
frangit, & in capturam pecunie pedicas & re-  
tiacula tendens, jura omnia intervertit. Cui  
consentiens Joan. Sacrisb. lib. 5. pollicrat cap.

10. Experto ait crede de talibus inmanuse-  
rum millies incidi, & ut aliquid de fabulis  
mutuemur: portitor immitis Charon, qui ne-  
mini pepercit unquam, istis longe clementior  
est: stipe siquidem, vel triente, solle esse conten-  
tus, at isti asses integros sibi multiplicari ju-  
bent. Inclemantium Cerberi omnes abhorrent,  
ego vero credo me vidisse ostiarios Cerbero du-  
riores. Apud inferos tantum unus est Cerbe-  
rus:

rus: quos sunt diverticula curialium, tot Cerberi sunt. In uno tamen piissimos esse miraberis, quod querelas libenter audiunt. Fovent humiliorum causas, & eosq; patrocinantur afflitis, dum exhaustant loculos pleniorum: nam quocunque modo causa procedat, hoc semper agitur, ut loculi impleantur, et si avaritia impleri nequeat.

21. His addi potest Vernuleus lib. 3. inst. polit. cap. 4. §. 9. n. 5. multi Advocati inquit, & Procuratores multas faciunt lites: & cum pleriq; tantum sint Mancipia lites alunt, ut sua repleant marsupia. Horū multitudo hominum non est sanitas orbis terrarum: nimis hodie multi ad calamum sudant: nec sane opus est tot solicitatoribus, sacculariis, scribis, Accēsis, Ostiariis, Rabulis, & id genus hominibus, quorum labor in verbis longo foliorum apparatu strepitu.

Ex quibus facile est concludere, quid dicendum de iniquis testibus: qui utique, si pro iniquo, falsoque testimonio quid accepterint, non minus, quam Judices, & Advocati restituere tenebuntur, sed jam ad alias laxitates pergamus.